



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Salarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

habet populum, vel ex privilegio, & ita non potest in aliis eligi sepultura. Inn. *loc. cit.*

Octavo, an Ecclesia debeat habere aliquid pro jure sepulturæ? respondetur. quod sic. Inn. *in ca. 1. & in cap. relatum, nu. 3. de sepult.*

SALARIIUM.

PRIMO, debetur servienti pro rata temporis, quo servivit, fallit in mortuo, quod non debetur ad hæredes, si moritur infra annum, vide alias limitationes tam de Advocato, de Doctore legente, quam de famulis, & de officialibus. Capyc. *dec. 125.* & Sylvest. *in ver. familia, nu. 4. §. 2.*

Secundo, salaria quæ dantur exercentibus aliquod ministerium in causa, puta Notariis, vel Magistris actorum, iudex potest determinare, *ca. statutum, §. notarium,* & ibi Gemin. *de rescript. lib. 6.*

STRIGÆ, SIVE LAMIÆ.

PRIMO, quod eant in corpore, & vivæ noctis tempore, videtur Sylv. *in ver. heresis. 3. per totum.* & in toto opere de strig. Barth. Spineum *in apologus de hac materia,* Cast. *lib. 1. cap. 16. de iust. heret. punit.* Laur. Anan. *de natura demon.* Nav. *ca. 2. nu. 8.* Tabien. *in ver. Diana, per totum.* Grill. *in opere suo de Malefic.*

Secundo, quod interdum solum videntur imaginariæ, & phantasticæ, habetur *in ca. Episcopi. 26. qu. 5.*

Tertio, curare debent locorum Or-

dinarum ad istas insectandas, quia corrumpunt totum orbem, & labefaciunt animas fidelium, cum subjacent eorum jurisdictioni, & tanquam iudicibus ecclesiasticis, & tanquam inquisitoribus. Syl. *loc. cit. nu. 10. §. 8.* Cast. & alii.

Quarto, qua praxi sit utendum in tortura istarum strigimagarum, & maxime, quando non consentitur ex durtia, & auxilio dæmonum? Vide Sylv. *lib. 3. cap. 3. puncto penult. & ult. de strigibus,* Grill. *libro 4. cap. 4. fol. 90. & 100.* ubi varias variatas & remedia habes, & verba adjuratoria *ibidem.*

SUPERSTITIO.

PRIMO, non licet portare brevia cum aliis characteribus, præter lignum crucis; Sylv. *in ver. superstitio, §. 10. versio, quartum,* nec annulos, ubi sunt literæ quæ non cognoscantur, vel non intelligantur, Armil. *ver. sortilegium, numero 3,* nec nomina inusitata, quasi Dei nomina ineffabilia. Tabien. *in ver. fors, §. 8.* Cajet. *in Sum. in ver. superstitio.* Secundo, Astenl. *libro 1. tit. 15. q. 2.* Mall. *malef. p. 2. questio. 1. capitul. 16. fol. 179.* nec uti herbis, lapidibus, imaginibus, carminibus, & aliis huiusmodi, cum observatione, Cajetan. *loco citat.* nec pro dolore sanando dici ad aures equi, aut muli, Pater noster, seu Ave Maria, vel utendo verbis sacris scriptis in pelle, vel tali hora, Cajet. *in ver. incantatio,* Angel. *in ver. superstitio, num. 7.* Grill. *l. 2. c. 1. & capit. 6. numer. 18. de sortileg.* D. Thom. *2. 2. question. 96. artic. 2. in corpore.* Et ad primum argum. Sylvest. *de strig. libr. 2. cap. 2. punct.*